



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Lvdovici Carrionis Antiqvarvm Lectionvm Commentarii III

Carrion, Louis

Antverpiæ, M D LXXVI

Militia plebei volenti. phrasis Graecorum à Sallustio expressa. Sallustius
eam in rem correctus. Cap. XX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70907](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70907)

emenda errorem totiens iam obuiam:

In quo consummat Phoebus lucemque moramque
post vero,

Innuiaque obliqua radiorum munera stantia

Dat pariter minimum nobis.

scribe, ut poeta scripsit:

Dat per iter minimum nobis.

deinde:

Fila trahunt alti circum comitantia caeli,

Intervallo pari seruantes limite semper.

corrige:

Fila trahunt alti cursum comitantia caeli,

Intervalla pari seruantis limite semper.

illud enim, seruantis, omnino ad caelum referen-
dum est, mox:

Non opus est magni casus, sed numinis ordo.
verba suum in ordinem restituendo, lege:

Non casus opus est, magni sed numinis ordo.
qua sententia hoc caput concludimus:

Militia plebi volentis, phrasin Graecorum à Sal-
lustio expressa. Sallustium eam in rem cor-
rectus.

CAPVT XX.

SICVTI cum primo scos propola recentes
Protulit, haud precio inerti dat primitus paucos.
itidem ego hoc capite facere cogito. cum enim
amplissimas in Sallustium castigationes, ex varijs,
ijsque oppido quam vetustis libris, domi paratas
habeam, quas breui velim extrudere: nunc vnam
duntaxat vnius locumendationem, sed nra acer-
rimo Adolphi Meckerchi & Iusti Lipsij iudicio,
pro ea

publicitus asseruatos) qui in huius orationis scriptura, cum publicatis exemplaribus consentiret, & non potius ab ijs longissime discederet, quorum variantes scripturas, cum in castigationibus Sallustionis recensuerim, quid attinet repetere? ad veram lectionem proxime accedit. *Nullus diuinitus alter*; in quo est: *Neque plebe militia volenti putabatur, & Marius aut belli vsum, aut studia vltimi amissurus.* cui si litterulam addideris, quam interpretum detraxit in scitia, Sallustio sua verba reddideris. scripsit ille, quod & Priscianus notauit: *quia neque plebei militia volenti putabatur, & Marius aut belli vsum, aut studia vltimi amissurus.* proque orationis membro vox, *ne*, reticetur, & *il-* lud, *putabatur*, repetitur. potest *emo plebei, pro, plebi*, vetuste scribitur. quorum ignorantia scriptorem optimum deprauauit. Locutionis illius exempla in Tacito, Lirio, Macrobio, & hoc ipso Sallustio occurrent plurima. neque tamen alia illa aequa proba & antiqua loquenti ratio, *volentia plebi*, apud Sallustium eiuque imitatorum Tacitum, in istam, de qua loquimur, phrasim, quod alios tentare video, potest mutari. qua de recapite proximo differetur.

FINIS.

Collegij Societatis Jesu Paderbornae 1636.

Imponsis Christophori Plantini
excudebat I. Masius.

1. 5. 6. 7.